



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Parallelia Geographiae Veteris Et Novae**

Parallelia Geographica Italiae Veteris Et Novae

**Briet, Philippe**

**Parisiis, 1649**

Illvstrissimo Domino D. Honorato De Chavlnes DVCI Ac Pari Franciæ, Primo  
Regni Mareschallo, Et alverniæ Proregi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13120**



ILLVSTRISSIMO DOMINO D.  
HONORATO  
**DE CHAVLNES**  
DVCI  
AC PARI FRANCIAE,  
PRIMO REGNI MARESCHALLO,  
ET ALVERNIAE PROREGI.

**V**ANDOQVIDEM Italia  
propter operis amplitudinem ,  
de se corpus , & volumen exi-  
git , interpellabit illa te quoque suo nomi-  
ne , **V**IR ILLVSTRISSIME , roga-  
bitque ne sibi praesidium deneges & opem ,  
qua sola est ausa procedere , atque inco-  
† iij

EPISTOLA.

mitata. Vedit illa te quondam cum lectissimis Picardiæ copiis Ludouico Iusto egregiam nauantem operam, & mirari satis non potuit Regis optimi in felicibus deliciis suis sagacitatem, quite amore suo atque benevolentia diuitem effecerat, ut ipse potentior esset, tibi commiserat opes, ut iisdem difficillimis regni temporibus vteretur. Quid hic præterea commemorem Melitensibus rebus, exhibitum bis è domo tuâ præsidium; & quoniam quem addixeras huic tutelæ iunior Filius, spem tantum huius Insulae, atque Religionis alere videbatur, qui hunc ætate præcedebat, præsentem obtulit fructum, & se Christi militem professus est, cum iam ei infulas, & præcipuas dignitates suas Ecclesia pollicebatur. Non negabis itaque toti Italiæ præsidium, qui iam minima eius parti

EPISTOLA.

bis per duos liberos tuos auxilium obtulisti. Neque enim tota hæc Italia nostra minus obtrectatorum linguas timet , quam Melita pars eius , Ottomanici gladij fures ; præstabis utramque tutam & filij fortitudine , & authoritate tuâ , huius tibi gratias referet Religio Christiana , illius tibi grates habebit immortales

Dedicissimus tibi PHILIPPVS BRIETIVS  
Societatis IESV.